



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

CV. Confirmatio Decreti super habilitatione trium Regentiarum Collegii, &
dispensatione super duobus annis tantum de ætate præscripta cum Verbi
Dei Prædicatoribus pro Ord. Frat. Min S. Francisci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

ANNO
1733.
Confirmatur.

288

CLEMENS DUODECIMUS.

ANNO

1733.

Clausulae.

¶ 2. Cum autem, sicut praedictus Josephus Nobis subinde exponi fecit, ipse, Decretum hujusmodi, quod firmius subsistat, ac servetur exactius, confirmationis nostra praeudio communiri summopere desideret. Nos eudem Josephum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibus excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliquique ecclesiasticis sententiis, censuris, & peenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praeuentum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum praeuentum auctoritate Apostolica tenore praeuentum approbamus & confirmamus; illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salutem semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

¶ 3. Decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; siveque, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit atentari.

¶ 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, neconon, quatenus opus sit, Ordinis & P. ovinicarum hujusmodi, rium literarum transumpsis seu exemplis, etiam aliisve quibusvis, etiam jura mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmata alia robotis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis constituta munitis, eadem proflus fides adhuc quoque, indulxit, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 7. Augusti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CIV.

Indulgentia plenaria perpetua pro omnibus & singulis Christifidelibus vere penitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium, in S. Didaci Confessoris, & Sanctæ Clæræ Virginis Assisiensis Festis diebus, visitaverint.

CLEMENS PAPA XII.

Dat. die 11.
Aug. 1733.
Pont. An. IV.

Proclamatio.

Ad perpetuam rei memoriam.

R Edemotoris & Domini Nostri Iesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum Señatores altis decoravit honoribus, & cœlestis beatitudinis confortes efficit, vices licet immeriti gerentes in terris, spiritualium munierum thesauros, dispensationi nostra creditos, libenter erogamus, sicut ad favendam incitandamque Fidelium erga eosdem Beatos Coli Incolas devotionem salubriter in Domino expedire arbitramur.

¶ 1. Itaque ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem coelestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac de

Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, neconon dilectorum filiorum Vincentii de Comitibus Ministri, & Salvatoris Salandari Procuratoris, Generalium, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, supplicationibus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis tam hactenus erexit, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, in Sancti Didaci Confessoris decima tercia Novembris, & Sanctæ Clæræ Virginis Assisiensis duodecima Augusti, Festis diebus a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sancta Matri Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, Plenaria: Monialibus vero supradicti Ordinis, ac aliis in eorum quolibet Monasterio nunc, & pro tempore degentibus, vere pariter penitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui suam respective Ecclesiæ in die Festo S. Didaci visitaverint, &, ut praefertur, oraverint, Plenaria similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus validis.

¶ 2. Volumus autem, ut earumdem præsentis opus sit, Ordinis & P. ovinicarum hujusmodi, rium literarum transumpsis seu exemplis, etiam aliisve quibusvis, etiam jura mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmata alia robotis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis constituta munitis, eadem proflus fides adhuc quoque, indulxit, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 11. Augusti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Oliverius.

Eides Transfumtorum.

CV.

Confirmatur Decretum super habilitatione trium Regentiarum Collegii, & dispensatione super duobus annis tantum de etate præscripta cum Verbi Dei Prædicatoribus, pro Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

¶ 1. N Uper a Nobis emanarunt literæ temporis sequentis:
CLEMENS PP. XII. Ad perpetuam rei memoriam. Ex injuncto Nobis &c. Cetera legere est superius num. XLII. pag. 159.

¶ 2. Et sicut pro parte dicti Vincentii Ministri Generalis Nobis nuper expositum fuit, ipse Regentibus & Lectoribus demonstrare exoptans, in expetenda ejusmodi provisione nil in animo habuisse, quam dicti Ordinis Beneficium, quartum Decretum a tunc existente Definitorio Ordinis hujusmodi anno 1668. editum, per quod habitantur ut Regentæ Collegii, sequentes videlicet, Venetiaram, Panormitan., Mediolanen., Ferrarien., Perusin., Florentin., & Januen., quoad illos tamen Regentes, qui novem annorum spatio Lectorum cursum in aliis studiis tertia, secunda, & prima classis absolverint, per Nos confirmari plurimum desiderat, unâ cum aliis, quamvis à Congregatione tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episco-

Dat. die 12.
Aug. 1733.
Pont. An. IV.

Causa con-
firmandi De-
creti.

Concessio
Indulgentiae
de qua in Ru-
brisca.

porum

porum & Regularium præpositorum, emanatis, & successive per quasdam felicis recordationis Clementis PP. X. Prædecessoris Nostri desuper in simili forma Brevis die 30. Augusti 1670, bo. me. Giberto S. R. E. Cardinali Borromeo nunçupato, dum vixit, dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectori, facultas illa confirmandi tributa fuerat, nihilominus factis diligenter in Regestris & Archivo ejusdem Ordinis, Decretum præfatum repertum minime fuit. Porro præfatus Vincentius Minister Generalis prævidens, quod aliqui ex Studentibus ob prohibitionem, quam ipsi habent, Verbum Dei prædicandi in Quadragesima, a studiis retraherentur; ad occurrentum ergo huic verisimili inordinationi aliud pariter Decretum a Dñfitorio Generali Amissi 1707. factum, quod est in ordine Sextum, per quod tringita annorum ætas præscribitur pro approbandis iis, quibus licentia prædicandi concedi debet, minime tamen comprehensis in Sacra Theologia Magistris: reservata pro tempore existenti Ministro Generali prædicti Ordinis facultate dispensandi pro duobus annis ad summum ad effectum præmissum super ætate prædicta, etiam per Nos confirmari plurimum cupit: Et quia de numero Juvenum, qui ad Habitum admittuntur, non omnes Studiorum Theologia Scholasticae capaces sunt, ad hoc ut durante eorum professo tempus speculationibus Scholasticis operam navingo inutiliter terant: Ipse Vincentius Minister Generalis valde proficuum existimat, ut in qualibet Provincia unus aut duo Conventus juxta maiorem vel minorem Provinciarum extensionem deputarentur vel deputarentur, in quo seu quibus jam Seminaria erecta reperirentur, ibique prædicti Juvenes pro eisdem studiis scholasticis inhabiles colloca rentur, ut Theologia Morali sub direktione unius Lectoris vacarent, eique ejusmodi lectura pro paternitate Provincia, dummodo illam laudabiliter per quindecim annos exerceret, vel alii, qui uno tantum triennio eamdem Theologiam Moralem prælegerent, pro tertia clasfe respective suffragari posset & deberet; ac tandem pro complemento requisiitorum pro Paterinitate prædicta illis, qui post lecturam tertiam, secundam, & primam classi Collegium consequi nequirent, eam exercendo per totum illud tempus, quod pro complemento quidecim eis deeset, hac tamen conditione, quod lectores Theologiae Moralis eorumdem Seminariorū lectiones in scriptis tradant omnibus illis diebus & temporibus, quibus alii Regentes illas facere, & ipsi etiam pro circulo conferentias tribus diebus in hebdomada habere teneantur, & saltem Præter Juvenes, qui in illis Seminariis collocandi essent, duos aut tres alios Religiosos habeant, quibus etiam dicta lectio Moralis tradenda est. Nobis propterea idem Vincentius Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Vincentii Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensio nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censibus, & peenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi suppli cationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui in præmissis dilectum pariter filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audiverunt, consilio, Decretum quidem Definitorii Generalis anni 1668. quo ad solas Regentias Mediolani, Florentiae, & Januæ; Alterum vero Decretum anni 1707. cum restriccio-

ne facultatis pro tempore existentis Ministri Generalis dispensandi ad duos annos tantum, au toritate Apostolica tenore præsentium appro bamus & confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus; ac de mun juxta petita, quoad unum dumtaxat Con ventum in qualibet Provincia, ubi existunt Seminaria, auctoritate & tenore prædicti indulgemos; Salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes, eadem præfentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suofacientes plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter ob servari; sive in præmissis per quoscumque Ju dicis ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igno ranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, Con ventuum, & Ordinis prædicatorum, etiam jura mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum inferris habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effec tum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscum que.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumpsis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis, aut Procuratoris Generalis, vel Secretarii ejusdem Ordinis pro tempore existentis munitionis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoriis die 12. Augosti 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Præsentium
literarum fir mitas.

Obstantium
derogatio.

Fides Tran sumptorum.

C VI.

Ordini Fratrum Prædicatorum privilegium conce ditur, ut secularibus adolescentibus, Theologiæ facultati in eorum Studiis, Scholis, Gymna siis & Collegiis triennalem operam dantibus, lauream Doctoratus seu Magisterii & Gradus in Sacra Theologia, iis pares conferre possit, qui in publicis Studiorum Universitatibus solemnis cære monia conferuntur.

CLEMENS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. die 28.
Aug. 1733.
Pont. An. IV.

§. 1. Verbo Dei Scripto & Tradito innixam scientiam, res divinas, & mores, christiano homine dignos, ad rectam Ecclesiam Ministro rum institutionem, & salutem animarum, folide pertractantem, ejusque Doctores ac Magistros pietate venerabiles commendari tunc maxime con venit, quum ingruente falsorum dogmatum illuvie Fides catholica, & Christiani mores, supræmæ curæ nostra commissi, periclitantur; Quo loco prædecessores Nostri Romani Pontifices Sanctum Christi Confessorem Thomam Aquinatem Ordinis Prædicatorum, & Ecclesiae Docto-

Summorum
Pontif. lau des erga S.
Thomam A.
quinate,
Ecclesie Do-
ctorum.